in betel et hay in loco altaris
quod fecerat prius et invocavit ibi
nomen domini. Sed et loth qui erat cum
abram fuerunt ~~gentes~~ greges ovium
et armenta et tabernacula nec po-
terat eos capere terra ut habitarent.
V. Audi benigne. A. Venite benedicti
patris mei percipite regnum quod vobis
paratum est ab origine mundi. Coll.
Converte nos deus salutaris
noster et ut nobis ieiunium
quadragesimale proficiat men-
tes nostras celestibus instrue discip.
Absolve quesumus. Coll. Complines.
domine nostrorum vincula peccatorum et quod
quod pro eis meremur propiciatus averte p.
Fer. iii. Ad Vesp. V. Ex more. A. Quod uni
ex minimis meis fecistis michi fecis-
tis dicit dominus. Coll.
Adesto quesumus domine supplica-
tionibus nostris et in tua misericordia confi-
dentes ab omni nos adversita-
te custodi. p. Collecta
Exaudi quesumus domine supplicum
preces et confitentium tibi parce peccatis
ut pariter nobis indulgentiam
tribuas benignus et pacem. p. Lectio
Dixit ergo abram ad loth. Lectio
Ne quaeso sit iurgium inter
me et te et inter pastores meos
et pastores tuos fratres enim su-
mus. Ecce universa terra coram

te est recede a me obsecro. Si ad
ad sinistram ieris ego dex-
teram tenebo. Si tu dexteram ele-
geris ego ad sinistram pergam.
Dixit dominus ad abram postquam
divisus est ab eo loth. Leva
oculos tuos et vide a loco in quo
nunc es ad aquilonem et ad meri-
diem et ad orientem et ad occiden-
tem. omnem terram quam conspicis tibi da-
bo et semini tuo usque in sempi-
ternum. Faciamque semen tuum sicut
pulverem terre. Factum est autem
ut amraphel rex sennaar et
arioch rex ponti et chodorla-
omor rex elamitarum et tha-
dal rex gentium inirent bellum contra
bersam regem gomorre et
contra sennabal regem adame et
contra semeber regem soboim.
contraque regem bale ipsa est segor.
Hii convenerunt in vallem silves-
trem que nunc est mare salis.
V. Audi be. A. Scriptum est enim quia
domus mea domus orationis est cunctis gen-
tibus vos autem fecistis illam speluncam la-
tronum et erat cotidie docens in templo.
Respice domine familiam Coll.
tuam et presta ut apud
te mens nostra tuo desiderio
fulgeat que se carnis ma-
ceratione castigat. p. Coll.

f.25

